

1. *Simpliciter,*1. à non esse ad esse : dicitur *Creatio.*2. ab esse ad non esse ; dicitur *Annihilatio.*2. *Multipliciter,* ab esse prius ad esse posterius, diciturq; *Duratio.*m. *Situi formali*r. *ratione solius formæ*n. *vel totalis,* quando res mutatur & digreditur1. à tali non esse ad tale quid esse, diciturque *Generatio.*2. à tali esse, ad tale quid non esse, diciturque *Corruptio.*o. *vel partialis,* diciturque *Mutatio,* ratione *terminorum,*3. *Talis modificatio,*4. *Alius modificatio.* Sed ratione rei dicitur1. *alteratio directa.*2. *alteratio reciproca,*3. *augmentatio,*4. *diminutio.*m. *Ratione formæ pariter & materiæ,* diciturque *Latitudo.*

§. 13. *Relativa* si spectetur dispositio, pluribus in partibus simul, & quidem *Pluraliter,* si plurium partium dispositiones plures una post alteras hinc, adversus unas post alteras illic, simul spectentur; vocari solet *Motus relativus,* quo partium diversarum Motus diversi certo modo inter se progrediuntur, diciturque 1. *Cursum* 2. *Recursum* 3. *Concursum*. 4. *Discursum* Ad hæc quatuor Capita summa, tanquam ad 4. Elementa, Motus omnes reducuntur.

Hæc igitur sunt illa bis quaterna capita Modorum naturalium (quos modi corporum moralium & notionalium imitantur,) simplicia, quibus inter se mixtis tot qualitates constituuntur. Utraque tanquam principia vel inchoamenta cognitionis hinc indicasse sufficiat.

## CAPUT IV.

### De gradibus Materiæ.

## §. 1.

Atque sic utramque positionem in statu Signato, *puram* nimirum & *modalem,* h. e. *indistinctam & disinctam* subjecti præcognitionem,